

*Compoto el Dr. Pedro de Montenegro*

*ed. 1*

CAII

PETRONII MACRINI,

Ex lib. i. Animadversionum  
Aulicarum.

*DORMITANTIS INGENII  
MEDITAMENTVM.*

**CVBILE**  
AEGRIS SAECVLI MORIBVS  
EXPOSITVM.

*EX MVSEO GRIMPERIANO.*

Nunc primum in lucem prodit.

ANNO CHRISTIANO  
CICLOCLIX.



*Organic acids to sample*  
**DATE 8/12/00**

卷之三

1593. 7. 17. 10. 3

10. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

19. *Chloris virgata* (L.) Pers. (Fig. 19). - A small grass, 1-2 m. tall, with culms 1-2 mm. thick, erect, smooth, with a few short awl-shaped hairs at the nodes; panicle 15-20 cm. long, narrow, spreading, with many spikelets; spikelets 10-12 mm. long, 2-3 mm. wide, smooth, with awl-shaped awns 10-12 mm. long.

प्राचीन विद्या का अध्ययन एवं प्रशिक्षण

10. The following table gives the number of cases of smallpox reported in each State during the year 1802.

10. *Leucosia* sp. (Diptera: Syrphidae) was collected from the same area as the *Chrysanthemum* sp. plants.

卷之三十一

19. *Leucostoma* *leucostoma* (L.) Pers.

10. The following table gives the number of cases of smallpox reported in each State during the year 1802.

17-13425

# C. PETR. MACR.

*CVBILE*

AEGRIS SAECVLI MORBV

EXPOSITVM.

**D**IVRN*I* stadij meta Cubile, et tacita nocturnæ quietis officina; plurima, ac blanda quidem sternitur mole, quam vel anserum plumæ, vel ouium vellera ad saturitatem infarciunt: sic istæ sub tondentis forcipe ad patientiam mutæ, sicut illi clamoris quondam in Capitolio excubij tutissimum nobis somnum, ac silentium paravere: adversa namque, et secunda ingenioso, ac strenuo viro æquè optimè cedunt.

*A*dhuc tamen ambigit animus, dicam ne illud levamen, an humane indicem imbecillitatis, ad justum unius dieculæ laborem non duraturæ. Suum homo quotidianum patitur occasum; ut vegetior è culcitra resurgat cum Sole; et post aliquot horarum otia curis confec-

\* 2661-11

ta Virtus ocius cornualescat. Ex aequo propè cū die vita partitur dominatum, mox etiam cum foenore redditurum. Fessos operibus, & vigilijs remittendos, molli resouet sinu, & per subsecuas inducas deficienti Naturæ vires suggerit. Aegrum malis undique circumuentum, quæ plerumque negligunt propinquiores, non asper natur. Sponsos, quos sacra thalami consociant fædera, delicijs omnibus delinitos infobole deducit ad posteros. Brevibus obnoxius cyaris angustiori inclusus lectuli ergastulo non sentiet libertatis impendium. Maturiorem colliges consiliorum segetem, si meridians in grabato, ipsum consulas cervicale; à Pythio pulvinali certiora non allaturus: non enim semper, dum feriantur sopore membra, excubitor animus dormitat.

Sed ingrata liceat Veritatis telonium appellare; dum etiam ab invitatis exercet portorium, quod tum sanè opulentissimum accipit, cū vectores recipit maximè nudos. Ipsi ligneum soluit crus, aut brachium emeritus miles, quorum alterum ballistalis tormeti pila divulsa. Ereptum latronibus capillitium calvus suspendio

re-

3

reddit, aut disco. Et vitreum oculum, per ten-  
bras non videndum, luscus reponit in capsula.  
Quas mulieribus personati lenocinij non extor-  
quet larvas? mutuatam à soleis proceritatem,  
quam nec Augustus ipse detrectauit, aurū, gem-  
mas, & non nunquam sophisticas, multam de-  
nique vestem, ac propè omnem fucati mendacij  
mundum.

O certè justissimam Nemesis aram, indignif-  
fimo cuique immeritum Magistratus insigne  
detrahentem? Hie ignavum Imperij paluda-  
mentum Dictator exuit inauspicatus, quem Cō-  
sulis in ciuium perniciem favor, & Achillea ad  
fugam pernitas, non ad prælium, fecerunt; ut  
exercitibus præcesset, melius dixisset, præcesset.  
Lituum, & purpurā Flaminibus demit, ac Sa-  
lijs, quos ad sacrorum præfecturas nefarijs li-  
citationibus aurum, aut seruitium extulere. Et  
qui per medium orchestrā, ad perdendā Rép.  
inceperant cothurnati, exitiali mimo defuncti,  
personam ponunt cum latoclauo, quam utinam  
sumpsissent nunquam. Sic locupletissimo quo-  
que ad pauperrimi hominis nuditatē redactio:  
illa verè aurea, quæ vix unquam vidit Orbis

**A** secula mortalium restituit generi ; dum non  
omnia, quæ immant infecta cruore sibi vis ra-  
puit ; sed illud nullius criminis compertum, ac  
penè sanctissimum nihil viritim singulis divi-  
dit, & eque communicat uniuersis. Declama-  
torio quassatum turbine filet forum , nec cruen-  
tatur Cœlum responsis ad saeculam datis.  
Vibratrici palæstritæ inanibus literarum ludi  
brijs nec plausus, nec cænas captant. Neq; bir-  
cino barbitio Philosophos mentientes mellitis  
verborum globulis beato vetule marsupio insi-  
dias faciunt. Vides ne acerrimum Ducem, vir-  
tutis bellicæ Terminum, Ioui non cessurum, nec  
Tempori ; ut effreni armorum libidine ad in-  
domitos usque Sinas Imperium producat,  
& nomen? Vides? At non ne clausum dixeris  
Ianum, apertumque aditum Paci ; si ipsum vi-  
deris, in quam breui cubiculo stertat inglorius?

Ah si acciperes animo, que præbeat unus le-  
ctulus, nec quidem Samius, vel Socratus, de-  
cidua monita felicitatis! dices illud extempo-  
rale præfigentis vita sepulcrum, maximis iti-  
neribus ad interitum properantis, & præcox  
mortalitatis monumentum, præudentis imagi-  
nem

nem funeris referens in cubante: ut qui mori-  
mur in dies, per noctes etiam totidem funere-  
mur. Et quid sibi velle videtur illa tumuli, ac  
thalami vocum necessitudo, & communio lite-  
rarum? Ino eodem penitus vocabulo Maiores  
nostrí nuncuparunt lectum cubitoriu, & fera-  
lem. Ut inde addisceres, te olim ( & est optabi-  
liusfati genus) ubi somnū fessis captabas artu-  
bus, ingravescente vi morbi, supremae quietis  
aleam subiturum: & quod post toties repetitas  
officiosi thalami prolusiones, eris quandoque  
elatus hexaphoro, vel sandapila tumulandus.

FINIS.

